Quelle: http://manuscripta.at/?ID=917
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

In hoc enim est verbum ver-
qua alius est qui seminat: et alius est qui metit. Ego misi vos metere: quod vos non laborastis. Alii laborauerunt: et vos in labores eorum introistis. Ex ciuitate autem illa multi crediderunt in eum samaritanorum propter verbum mulieris testimonium phibentis: quia dixit mihi omnia quecumque fecit. Cum venissent ergo ad illum samaritani: rogauerunt eum ut ibi maneret. Et mansit ibi duos dies. Et multo plures crediderunt propter sermonem eius: et mulieri dicebant. Quia iam non propter tuam loquelam credimus. Ipsi enim audiuimus et scimus quia hic est vere saluator mundi.

Sabbato. V. Dominicis post dominicam. Erat vir in babilone et nomen eius ioachym. Et accepit vxorem nomine susanam filiam helchie: pulchram nimis et timentem deum. Parentes enim illius cum essent iusti erudierunt filiam suam secundum legem moysi. Erat autem ioachym diues valde: et erat ei pomerium vicinum domui suae. et ad ipsum confluebant iudei eo quod esset honorabilior omnium. Et constituti sunt duo senes iudices in anno illo: de quibus locutus est dominus. Quia egressa est iniquitas de babilone a senioribus iudicibus qui videbantur regere plebem. Isti frequentabant domum ioachym et venebant ad eum omnes qui habebant iudicia. Cum autem populus recesserat per meridiem. Ingredieba